



an 58.

NUPTIIS AUSPICATIS.
SIMIS

*Viri Clarissimi & Consultissimi
Dn.*

JOACHIMI MECHOVII
J.U.D. SPONSI
ET VIRGINIS LECTISSIMÆ
MARIÆ CATHARINÆ,

Nobilis, Amplissimi ac Consultissimi Viri
Dn. JOANNIS SCHONERI, J.U.D.
& Consiliarij Electoralis Palatinatus quondam Hei-
delbergæ celeberrimi relictæ filiaæ,
SPONSÆ,

Celebrandis Cothenis Anhaltinorum ad d. 6. Februar.

Anno 1632.



SERVESTÆ,

Typis Andreæ Bezelij.

Rivigne quem Fatamee voluere mari.
(tum,
MECHOVI, & generum conci-
(liare mihi:
Si quis erit, vestris qui pangere carminatedis
Certet, cedam equidem, nec notet ora pudor.
Verum, si fuerit vestri certamen amoris,
Præripiat primas qui mihi, nullus erit:
Sit vestrō nullus thalamō felicior, opto.
Ecquid votorum sic satis esse putas?

Paterno affectu
fundeb:

BETHMANNUS HERDE-
SIANUS J. U. D.

CORONA CONJUGII, QUAM NECTEBAT
Amici suis sponsis.

Emīna, masq; simul divino munere facti;
Omnipotens honore, corona & imagine gaudent;
Sceptrici facula, preciosis atq; lapillis
Ista corona nitet: dicamus carmina læti,
Consortes thalami D E u s hoc dignatur honore.
Ecce lapis primus Sapphiri more coruscat.
Exprimuntq; notis: SUPREM I GRATA VOLUNTAS.
Sic opus hoc placuit superis, sic fata tulerunt.
SANCTA DEI FACIES, quam prædicat altera gemma,
Conjugium decorat, procul, ô procul ite profani.
Tertia gemma, DE i micat h ic PRUDENTIA, quando
Omnia conjugibus facilem concessit in usum.
Qui præfert VERUM, lapis est ex ordine quartus,
Magna latent etenim mysteria subtus in umbra,
In quibus exercet se mens pia, & usq; laborat.
Gemmula quinta nitet, PATRIS INDULGENTIA MAGNI,
Æqua cui austero mens est & amica voluntas.
Sexta in conjugij prælucet gemma coronā,
EFFICIENS VIRTUS, invicta potentia dextræ,
Quæ produxit opus toti haud imitabile Mundo.
Septimus extat honor connubia sacra coronans,
Admiranda DEI SAPIENTIA, Jaspidis instar,
Dum D E u s ex terra primum formavit Adamum,
Deq; ejus costadonum mirabile fixit,
Virginis os, habitumq; gerens & virginis arma,
Insufflavit utriq; itidem spiracula vitæ,
Atq; animas dum carne duas conjunxit, in una,
Hæc meditare piè Doctor, jas doctus utrumq;;
Hæc meditare piè nova nupta, puerilis decora,
Sic pictura animum nunquam pascit finiti,

Sic vos conjugij loeupletet factor & auctor.
Sic Amae vestræ benedicat sponsus J E S U S.

DANIEL ANGELOCATOR

AD Dñs. SPONSUM.

Sta Tui dudum meruerunt, Sponse, labores
Præmia, queis mactat Te Deus atq; Dies?
Ista Tui dudum meruerunt munera niss,
Quæs pariter cingunt Juno Themisq; caput.
Ecce Gradum confert Themis aurea, Juno Pueram
Ortu Majorum nobiliore satam.
Nec non & propriæ decorat am nomine veræ
Virtutis, Formæ, Dexteritatis, Opum:
Quasq; unâ inuenias conjunctim in Virgine raro
Dotes, hæc uno pectorè Sponsa tenet.
At binis tamen his donis superaddere honorem
Sedula mox quæret Patria Terra novum.
Scilicet ut triplici firmatus fædere honorum.
Nodus Te ad summos evehat usq; Viros.
Namq; Tui hoc dudum meruerunt, Sponse, labores
Præmia, queis mactat Te Deus atq; Dies.

M. PETRUS von JENA, Reipub. Servestans
Consul, & Illustr. Gymnas. Adjunctus,

Sicne bis geminos uno sectaris honores
Annō, obtinesq; Numinis clementia?
Civilis juris fulges sacriq; tiara,
Et Sponsus hodiè, cras maritus audies.
Eja age ter gemini fiant, & avusq; paterq;
Imposterum semper - beatus audias.
Circundent lectum Charites, benedictio dites
De id omum cornu tuam prædivite;

Und

Unus olei semper promanet copia, dulcor
Mellis, meriq; stillet alma gratia.
DANIEL LUDOVICUS M. C. in Illustr. Anhalt.
Log. & Math. Prof.

I. V.

Jnter Bellona Mavortia Clasica, & inter
Arma, Joachimus pralia & ipse cies.
Ornatus Themidos lauru, dein optat ovare
In castri miles, o Cytherea, tuu.
Audax hem facinus turmas inimicat & enses
Hostiles Paphia, quicquid id est generis.
Crudelem credas prognatum tygride savâ,
Arg, lupo argurris plus feritatu habet.
Hos Cytherea dolos fictos fucataq; sensit
Pectora, non hostis sed mage Amoris opus.
Isthae Nymphaeum decus alma Maria r. ago
Et Catharina movet pralia grata suo
Militi, & in pugnam pelli, sed, Magne Cupido,
Dat captus facile in tua vincla manus:
Vivite felices, non turpet Morta calores,
Nec quæ conjugijs insidiatur ē
Sic bello è vestro renovata Caterva resurgat
Natorum, Sponsis qui p etate pares!

f. Leonhardus Sutorius Antistes Eccl. Ballenst.

V.

Ut sacer è reliquis numerus ternarius audit,
Sic tria per Trinum vota vovebo D E U M.
Qui primus primi sanxisti foedera Adami,
Sanci M E C H O V I I divite dote torum.
Vina Cananæas qui vertis in optima lymphas,
In vinum sponsis verre doloris aquas.
Cum Patre, cum Gnato qui Spiritus unus & idem,
Fac, sit ut in gemino pectore pectus idem.
M. Felix Haustedum verbi divini Minist.

VI.

Dulcia, Natura Myisti si credere fas est,
Laxant, constringunt quæ sed amara cluent. A, En

En tamen hæc noster Neonymphus dulcis, amara
Optat, anhelat, avert, pector, voce, style.
Nam vult constringi, vult & laxarier: inde
Naturam sequitur. Sic bene sanus eris.
O rem mirandam, mirando glutine sponsi
Pro gusto esse simul dulcia amara novi!
Sed ne mireris: bene qui distingvere novit,
Novit & is quænam hæc dulcia amara siene.
Ter felix igitur sponsus, quater atq; beatus,
Quem simul atq; semel dulcia, amara juvant!

M. Johannes Cremerus Verbi Divini apud Servi ad D. Nic. Minz

Quo Te Mechovi, quo tandem nomine dicam?
Artibus imbutum cui madet ingenium?
Quo te Mechovi, quo tandem nomine dicam,
Qui sacri thalami festa sacrata paras?
In Patriam certè decoratus honore redisti,
Dum virtus imâ mente reposta fuit.
Usq; adeò Virtus non indotata relinqui
Adsolet, atq; suis præmia digna refert.
Vidit, & arrisit generis splendore corusca
Virgo recens Capitis facta Corona tui:
Hinc tecum voluit vinclo propiore ligari,
Quod sint clara tibi cognita jura fori.
Quod multos populos nōris, quod nōris & urbes,
Quod morum te ornent ingenijq; bona.
Ergo laude virum dignum quo nomine dicam:
JURIS DOCTOREM dicam ego Mechovium.
Nomen ab Arte datum; sed & hic ab amore notatus,
Unde etiam SPONSUM dicam ego Mechovium.
Macte his Nominibus Mechovi, basia fige
Plurima Delitio Suavioloq; tuo.
Vos Deus & VIRTUS conjunxit amore jugali:
Ejus semper eris, quæ tua semper eris.
Ferrea non tibi sit tua Amasia, saxeus ipsi
Nec tu sis, junctos Pax in amore beet!

Vivite

Vivite et ot gratas, Charissima Luminis, noctes,
Ipse tibi & Sponsæ quot, nove Sponsæ voves!
Georgius Möringius Ecclesiae Rosleviensis P.

IIX.

Pullum est & Sponsi & Doctoris honore potiri.
Sic quoq; tunc bina est gloria, binus honor.

Ergo Tibi geminum D E U S hunc fortunet honorem,
Et TITULUM & THALAMUM prosperitate beet.

S. E. J.

Gypso wann du werst in ander Handwercks Orden!
So werstu dieses Jahr gewiss auch Meister worden.
Du hast in kurzer Zeit durch Kunst und grosses Glück!
Bewiesen in der that ein herrlich Meistersstück.
Du hast ja fort und fort dem Mars gleich getrieget!
Und wo du kämtest hin noch mehr als Mars gesieget.
Doch dieses ungetach! Dies ist die grösste Kunst:
Drey Catharinen hast durch deine Liebesbrunst
Enkündet. En wie schön! die da den Menschen führen!
Das einig und allein den Reuschen wil gebährten.
Den Reuschen an dem Leib / den Reuschen am Gemücht
An welchen alles Reusch durch der NATUREN Güte
Was haed der Ersten doch ihr Reuscher Nahm' erworben?
Nichts mehr / als das sien nun ein Jungfrau ist erstorben!
Und lebet eine Frau. Willstu die Andre nun!
Die doch mit Mireiteldir Widerstand könt ihun!
Auch darzu bringen noch? Und trugst noch kein genügen!
Es soll ohn alle bitte die Dritt sich darzu führen?
Darumb! O schöne Braut! es ist vergebens doch!
Was wolt ihr ohne nuss' euch selbsten quehlen noch!
Und mit der Bitterkeit die Reuscheit stets vertreten!
Ihr könt euch doch nun nicht von diesem Band erretten.
Tröst euch mit diesem Trost / der Ewiger Nachbarin
Vor nicht gar langer Zeit war kommen in den Sinn;
Es ist ja noch zur Zeit nichis böses ihr ergangen!
Ich glaub nicht das sie trugt zur Jungfräuschafft verlangen.
Darumb lasst immer gehn/ was nicht mehr bleiben will
Und gebt euch mit gedult in satzter ruh und still.

Das

Das wird der Nachbarin zu mehrern eröft gereichen /
Die Dritte wird sich dann auch besto eh' einschleichen
Und geben williglich. Nun streitet vmb das jiel
Welch' unter euch zu erst wohl Mutter heissen wil.

S. E. J.

I X.

Dum procul à vestrâ me Noris detinet urbe,
Noris culta tibi multos, JOACHIME, per annos;
Indubius nostras rumor defertur ad aures,
In patriâ peragas pulsis quod jubila curis,
Atq; tuos intret thalamos adamata puella,
Unica quæ magni perhibetur nata SC HONERI;
Qui decus Eunomies & Consiliarius Aulæ
Claruit, Heidelberga Nicri quâ despicit undas,
Præmaturâ & adhuc lugetur morte peremptus.
Nec vobis coram gratanti applaudere voce,
Nec dextris dextram mihi consociare licebit?
Hoç est, quod doleo. Verùm quod ferrea Fata
Esse vetant, placidâ, bene novi, mente ferendum est.
Interea vestrîs precor omnia prospera tædis
Absens, eyeniant, quæ vester Spiritus optat.

JOANNES REUTERUS *Norim.
bergensis.*

F I N I S.

ULB Halle
002 677 830

3



S6

Nv 1999

(1/69.)

VDA



Farbkarte #13

B.I.G.

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Centimetres								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches								
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18
11	12	13	14	15	16	17	18	19
12	13	14	15	16	17	18	19	8

ICATIS.
Consultissimi
ECHOVII
CTISSIMÆ
CHARINÆ,
Consultissimi Viri
IONERI, J.U.D:
tinatus quondam Hei-
relictæ filiaæ,
rum ad d. 6. Februar.
TÆ,
Bezelij.

